qꝛ etiā arbiter poteſt.d.l.dicere,ſ.de arbitr.ergo multo magis
9 iudex.¶ Quero, de qua ſententia interlocutoria debet intelli-
gi.Et nos reperim⁹ tres opi. Azo dicit quod omnis ſententia
interlocutoria,que non continet aliquid dari vel fieri poteſt re-
uocari.Pone exemplum in ſententia momentanee poſſeſſionis
que continet aliquid dari vel fieri ⁊ non poteſt reuocare, l.j. C.ſi
de momenta,poſſ.fue.appell.⁊ ſecūdum hoc omnis interlocuto
ria,per quam deciditur incidens vel emergens poteſt reuoca-
ri,vide gl. in verb.pretor.ibi ⁊ idem in quolibet.Alia eſt opinio
Hugo.que cōcordat cum Azo.in prin.quando dicit cōtinēt ali-
quid dari.vel fieri.Sed in eo qđ dicit,in alijs ſententijs pōt re-
uocari dicit ipſe:aut continet deciſionē queſtionis emergentis,
vel incidentis,⁊ iſte non poſſunt reuocari,ſecus in alijs, vt quod
adſit Idibus,vel Calendis que poſſunt reuocari , Alleg. Hug.
l.qđ in diē.§.fi.ſ.de cōpē.⁊ l.j.C.ſi ex fal.inſtru. ⁊ l. dicere de ar
bi.Vide d.gl.ibi,alij dicunt ⁊c.Tertia eſt opi.gl.in l.j.C.ſen re
ſcin.non poſſ.que dicit in ſententijs interlocutorijs ſecus,que in-
diſtincte poſſunt reuocari.Pro hoc facit tex.in l.j.in fi. ⁊ l.pen.
ſ.de preto.ſtip,⁊ l.ſi opus.ij.de ope.noui nunc.Canoniſte tenēt
iſtam opin.vlti.ꝙ ſiue contineat aliquid dari,vel fieri:vel ſit de-
ciſiue emergentis,vel incidentis,poteſt reuocari,vt extra de ap
pella.c.cum ceſſante.⁊ de re iudi.ca.ꝙ ad cōſultationē.⁊ ibi per
Inno.⁊ Dy.idem alle.l.j.in fin.de preto.ſtipu.⁊ l.ſi op⁹. de op.
no.nunc.que probant , alias tibi allegaui.l.vlti. ſ.qui ⁊ a qui.
appel.non licet. ¶ Sed certo ego puto ꝙ debem⁹ aliud dicere
quā antiqui,vel moderni ⁊ ſic, Quedam eſt interlocutoria : qua
lata iudicis officium nō finitur:ſed adhuc durat,⁊ iſta indiſtin-
cte poteſt reuocari per hanc legē,⁊ ſimiles. Quedam eſt interlo
cutoria,qua lata iudicis officium finitur, vt ſi pronunciat non
eſſe procedēdū,vel ſe non eſſe iudicē competentem† tūc non pōt
reuocari.Et hanc diſtinctionem facit tex.in d.l.dicere.de arbit.
ſi bene inſpiciatur vbi tex.dicit,ꝙ illa ſententia, per quā iudex
functus eſt officio ſuo nō poteſt reuocari, alias ſi nō eſt functus,
tunc ſic.Et hoc probat ratio quam dixi in princip.qꝛ quando eſt
interlocutoria que ponit finem cauſe non poteſt reuocari. l.poſt

ſententiã.C.eo.Preterea,hec eſt ratio,quare diffinitiua nõ po
teſt reuocari,q2 finitũ eſt iudicis officium in illa cauſa.l.iudex.
ĩ.eo.ſed eadẽ ratio eſt in illa interlocutoria:ergo.⁊c.Nõ obſtat,
qḋ allegatur per Azo.in l.j.ſi de mo.poſ.q2 ſententia lata in mo
mẽtanea poſſeſſione eſt diffinitiua,nõ interlocutoria,lʒ quidam
10 contradixerint.qḋ patet,† q2 litis conteſtatio requirit iudiciuʒ
poſſeſſorium,Inſtit.de interd.§.retinẽde.vt examinaui in l.na
turaliter.§.nihil cõe.ſ.de acq.poſ.ſed interlocutoria poſſet fer
ri lite nõ conte.Nõ obſt.l.qḋ in diem.§.ſi rationem.ſ.d cõpen.
⁊ l.j.C.ſi ex fal.inſtr.q2 ante diffinitiuam poteſt reuocari:ſʒ poſt
ſententiam diffinitiuam nõ poteſt reuocari etiam interlocuto
11 ria,q2 functus eſt officio ſuo.† Quero,vſqʒ ad qḋ tempus iu
dex poteſt reuocare ſententiã ſuã interlocutoriam.Iſta queſtio,
vt bene intelligatur poteſt intelligi pluribus modis.Uno mo
do vſqʒ ad quot dies,alio modo ad vſqʒ ſentẽtiam diffinitiuam,
vel poſt.Alio modo an poſt ſententiam interlocutoriaʒ vſqʒ ad
executionem ipſius interlocutorie,an poſt.Ad primum vſqʒ ad
quot dies,vel menſes,Azo dicit vſqʒ ad quatuor menſes,⁊ vide
gl.ibi,⁊ ſm eum vſqʒ ad quatuor mẽſes.Alij dicunt vſqʒ ad de
cem dies:vt in auth.hodie.C.de appel.⁊ per auth.que ſuppli
catio.C.de p̃ci.impe.off.do.Dyn.dicit,conſidero duo,vno mõ
ius petendi a iudice ꝙ reuocet interlocutoria.Iſta facultas pe
tendi ꝙ reuocet,durat vſqʒ ad decẽ dies ⁊ ſic de cetero pars nõ
d poteſt petere.Alio modo,quo ad iudicẽ d,⁊ nõ currit tẽpus:q2
e etiã poſtea poteſt reuocare.c.cũ ceſſante e.extra de appel.⁊ c.ij.
† extra de procu.⁊ ibi Ber.† ſʒ poſſemus nos probare p ratio
nem,⁊ dico ꝙ eſt caſus l.arbitro.ſ.qui ſat.cog.ſm vnã lect.que
eſt ibi,ꝙ ex officio iudicis petit,ꝙ illam approbationẽ reuocet
que eſt interlocutoria ⁊ illa lect.approbat p l.fi.j.a qui.ap.nõ
f lic.dicit f ibi,ꝙ eodẽ modo petitur reuocari ſm quod appella
tur,⁊ ſi apparet ꝙ pars intra decem dies poteſt petere,ſm qḋ
poteſt intra decem dies appellare:ſed quo ad iudicem nunquã
tranſit in rem iudicatam.Si vero queſtio intelligatur ſecundo
modo,dico ꝙ vſqʒ ad ſententiã diffinitiuam poteſt iſtam inter
locutoriam reuocare,non poſt.l.j.C.ſi ex fal.inſtr.⁊ l.fin autẽ.§.
fi.ſ.de neg.geſt.⁊ l.quod in diem.§.ſi rationẽ.ſ.de cõpen.⁊ l.
dicere.ſ.de arb.Ratio,q2 poſt diffinitiuã functus eſt officio ſuo
Tertio poteſt intelligi,an poſt ſentẽtiam interlocutoriam vſqʒ
ad executionem ipſius,vel poſt,⁊ gl.in l.j.in fi.j.de pret.ſtip.di
cit ꝙ nõ poteſt reuocare poſtqʒ eſt mãdata executioni,niſi cauſa
cognita,vel de partiũ voluntate.⁊ probatur in l.pe.de p̃t.ſtip.
Sed nonne iudex,qui impoſuit primũ decretũ,qḋ eſt ſententia
interlocutoria,⁊ eſt miſſio in poſſeſſionem,⁊ tamẽ reuocauit,in
auth.⁊ qui iurat.C.de bo.auto.iud.poſ.Item pretor mandat
nunciari nouum opus,⁊ nunciationem reuocat.l.ſi opus.ſ.de
ope.no.nun.Sed iſta non obſtãt his que dixi,q2 in iſtis nõ reuo
12 catur ſine cauſe cognitione.† Quero,vtrũ poſt appellationẽ
interpoſitã ab interlocutoria,eo caſu quo poteſt ab interlocuto
ria appellari de iure noſtro.iudex poſſit ſuam interlocutoriam
13 reuocare:Reſpõdeo ſic.caſus eſt in d.c.cum ceſſante.† Querit
g Dy.g an iudex poſſit compelli ſententiam interlocutoriã reuo
care:Dy.dicit,ꝙ nõ.allegat l.nõ quicquid.ſ.de iudi.⁊ l.j.C.q̊.
⁊ quan.iud.Nã poteſt ſi vult,vt hic:ſed nõ poteſt cogi De iure
Canonico ab omni grauamine poteſt appellari.c.cum ceſſante
de appel.⁊ c.cũ ſit Romana.⁊ ideo p iudicẽ appellationis re
14 uocabitur,vt de appel.c.j.li.vj.† Sed an de iure noſtro reuoca
bit:Dico,ſi eſt talis interlocutoria,q̃ infert tale grauamen ad
uerſario,ꝙ non poteſt eſſe conſultũ per appellationẽ a diffiniti
ua,tũc ab interlocutoria poteſt appellari,⁊ ſic corrigit per iudi
cem appellationis eodẽ modo.l.arbitro.ſm aliam lec.ſ.q ſat.
cog.⁊ l.ante.C.quo appel.⁊ l.ij.j.de ap.recip.⁊ ibi dicã.Si ve
ro eſt tale grauamẽ aduerſus qḋ põt eſſe cõſultũ p appellationẽ
a diffinitiua ſententia,tũc ab illa interlocutoria non põt appel
lari,nec cogi iudex ꝙ reuocet:ſed tenetur aduerſario inquantũ
eum ledit.l.ſancimus.in fi.C.de iudi.⁊ l.ſi qñ C.de teſti.⁊ ſic ꝙ
reuocet dʒ peti a iudice,alias videt iudicatis acqeſcere,⁊ nõ re
uocaretur per appellationẽ a diffinitiua de iure ciuili,niſi cũ di
15 ſtinctione.c.non ſolũ.de appel.lib.vj.† In caſu tamen per ſupe
riorẽ cogitur reuocare,vt extra de except.c.fi.lib.vj.vbi iudex
ſecularis cogitur ſuã interlocutoriam reuocare per iudicẽ eccle
ſiaſticum:ſic etiam de iure noſtro ſi iudex nil pronũciat,ſʒ negli
git.in caſu ſpeciali poterit cogi p ſuperiorẽ:vt in auth.vt diffi.
16 iudi.§.j † Quero,an inuitis partibus iudex poſſit reuoca
re:Dyn.dicit ꝙ ſic l.j.in fi.de pret.ſtip.Sʒ dic vt dixi,Aut eſt
mãdata executiõi,⁊ hoc nõ poteſt,niſi partibus volentibus,vel
cauſa cognita:aut ante executionẽ,⁊ poteſt,vt dicã j.de abſenti
17 bus partib.† Quero,an iudex poſſit pluries eandẽ ſniam re
uocare,⁊ quoties poſſit:Et Dy.dicit ꝙ bis,ſicut bis põt a diffi
nitiua appellari.l.j.C.ne lic.ter.puo.⁊ facit pro Dy.l.fideicom
miſſa.§.ſi quis decẽ.ſ.d le.ij.⁊ l.j.§.ſi cui.j.vt le.no.ca.Quidã
dicunt contrariũ per iſtũ tex.qui dicit poteſt qḋ verbum eſt ex
tenſiuũ.l.ſi ita qs.ſ.de leg.ij.⁊ opi.Dy.eſt equa,quã teneo pro
18 pter dicta iura.† Quero an partibus abſentibus poſſit reuo
cari:Et Dy.diſtinguit,aut requirit cauſe cognitionem,vt illa,
vtrũ ſit dãda dilatio,vel non:vel vtrũ ſit opponẽda exceptio,vel
nõ l.a procedẽte.C.de dila.⁊ nõ poteſt.Aut nõ requirit cauſe co
gnitionem,vt ſi iudex precipit ꝙ veniret tali die,⁊ põt.l.omnia
quecũqʒ.j.de reg.iur.⁊ l.ſed interpellat.§.j.⁊ l.diem proferre.
ſ.de arb.⁊ l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ſ.de offi.procõſ.⁊ leg.
Intelligo aũt,ꝙ reliquatur cauſe cognitio,vel partiũ voluntas
in reuocatione,vbicũqʒ requiritur in prolatione:quod qñ ſit ap
paret,qñ partem ledit:vt C.de dila.l.a procedente.alias ſecus:
19 vt no.in d.l.ſed interpellat.§.j.de arb.† Quero,an per aliũ
poſſit reuocari ſententia,quã iudex dat:Et dic vt in l.diẽ pfer
re in prin.⁊ l.ſed interpellatur.§.j.ſ.de arbi.vtrum in ea dãda
vel reuocãda requiratur cauſe cognitio.⁊ nõ poteſt dari,vel re
20 uocari per aliũ,alias ſic.vt hic.† Quero,quid h in ſnia inter
b locutoria,in qua non ſperat diffinitiua.vt iubeo ꝙ ſoluas,pro
nuncio non eſſe procedendũ ſuper libello,vel me nõ eſſe iudiceʒ
competentem,⁊ ſimilia an poſſit reuocari,cum nulla alia ſpere
tur diffinitiua:Dic.Aut iudex aditur actione propoſita,⁊ ipſe
ſic pronunciat,tunc talis pronũciatio fit officio iudicis merce
nario:ideo per talem pronuntiationẽ functus eſt officio ſuo,nec
amplius poterit ſe intromittere:arg.d.l.dicere.ſ.de arbi.Et ẽ
eadem ratio que in diffinitiua:ergo.⁊c.ĩ.eo.l.iudex.videtur ca
ſus de of.deleg.c.iudex.in fi.lib.vj.⁊ extra de of.de leg.c.ſigni
ficãtibus.Si vero iudex aditur implorato officio iudicis nobi
bili vt ꝙ det tutor,ꝙ interponat decretũ ſuper alienatione rei,
minoris,tunc licet iudex interponat decretum,nõ finitur offi
cium iudicis nobile,⁊ adhuc ſuper illo poterit adiri,⁊ poterit,
cauſa cognita reuocare.l.quamuis.de re.co.⁊ de proc.l.ſi quis
cũ procuratorio.in fi.⁊ ibi not.In predictis tamen caſibus puto
ꝙ requratur cauſe cognitio,⁊ probatio,vt ibi patet.In alijs autẽ
caſibus,vbi reuocat officio iudicis mercenario puto ſufficere,ſi
fiat parte preſente.licet nulla cauſa reuocãdi ſubſit.Sicut enim
ab ipſo initio poſſet ſic interlocutoriã proferre ⁊ partẽ grauare
ita modo põt ſine iſta cauſa reuocare,licet parti teneat ad inte
tereſſe.l.ſi quando.in fi.C.de teſti.⁊ hoc eſt qḋ dicit hic tex.con
trario imperio.† Sed quero quid i ſi ſup ecdẽ apparet due
i ſentẽtie interlocutorie cõtrarie,nec apparet ꝙ iudex tulerit ſe
dẽ animo reuocãdi primã.Dices tu,videtur ꝙ primã reuocare
rit,q2 ſic dominus conſtituendo ſecundum procuratorem,vide
tur reuocare primũ.Item faciendo ſecũdum teſtamentum vi
detur reuocare primũ etiã ſi nil dicatur,vt in iurib.vulgarib.
patet.Rñ.prima non videtur reuocata,q2 ipſã eſſe latã debet
liquere iudici.l.hec autem.§.j.quib.ex cau.in poſſ.⁊ ſicut qs
non videtur renũtiare iuri quod ignorat.l.mater.de inof.teſta.
nec miles videtur exheredare filiũ,quẽ ignorat habere:vt C.de
teſt.mil.l.ſicut certi.Pro hoc videtur tex.extra eo.ti.c.cũ olim
⁊ l.ſiue pars.C.de dila.vbi pẽdente dilatione iudicis officiũ cõ
quieſcit:ſic ⁊ in iudice ordinario propter multiplicitatẽ facto
rum preſumo ignorãtiã in dubio.d.c.cũ olim.vbi ſecũda ſentẽ
tia videtur ſurreptitia:niſi facit mentionẽ de prima.Si ſiqui
dem eſt talis interlocutoria,que nõ poteſt reuocari ſine cauſe co
gnitione,tunc nõ valeret reuocatio,cũ non fuerit cognitũ d eo.
Si vero poſſet reuocari ſine cauſe cognitione,vt eſt dilatio,tũc
dando ſecundã videtur receſſiſſe a prima.l.dicere.ſ.de arbit.⁊
hoc eſt verũ.facit j.de cõfeſ.l.cũ fideicõmiſſum.⁊ quod ibi dicã.

ADDITIONES.

a Non diffinitiuam.Adde.⁊ intellige de valida,alias ſecus.l.
ſi vt pponis.quo ⁊ quãn.iud.Item intellige,niſi ex cauſa reſti
tutionis in integrum ex ti.de mino.xxv.an.vel ex qui.cau.ma.
⁊ C.ſi aduer.rem iud.per totum.An autem appellatione ſentẽ
tie in dubio intelligatur de diffinitiua,⁊ dicitur ꝙ ſic per hanc
legem.de quo vide gl.in c.cum olim.de teſti.tñ dicit Pau.de
ca.ꝙ etiã intelligitur de interlocutoria vbi nõ reſultat abſurdi
tas per glo.in cle.j.in verbo ſentias.de re iud.Ideo dicit ꝙ
ſicut vnus ex duobus delegatis non poteſt ſimpliciter ferre ſen
tentiam diffinitiuam ita ⁊ eodem modo nõ poterit ferre inter
locutoriam:vt no.Bar.j.eo.l.ſi vni.⁊ Caro.in c.quoniã Abbas
de offi.deleg.Et ꝙ appellatione ſententie,in dubio intelligitur
de diffinitiua voluit Ald.conſi.vj.Roma.conſi.cccxxxiij.

b Reuocari.Adde quid ſi ambe partes conſentiunt ꝙ reuo
cetur an tunc poſſit reaſſumere cauſam:dicit Pau.de ca.hic ꝙ
aut erat iudex delegatus ⁊ non poteſt:vt in c.ſignificãtibus.de
of.deleg.vbi dicit eſſe caſum.Aut erat ordinarius ⁊ tunc poteſt
ſm Bal.in l.ſi preſes.C.quo.⁊ quan.iu.quod dicit no.ad limi
tationẽ d.c.ſignificãtibus.Itẽ qḋ dictum eſt ꝙ interlocutoria
lata ſuper incõpetentia iudicis nõ poteſt reuocari limita verũ
niſi a tali interlocutoria eſſet appellatũ quod fieri poteſt vt no.

in auth. habita. C. ne fil. pro pat. tunc enim videtur per appella
tionem reſciſſa, & ideo iudex non videtur omnino deſijſſe eſſe iu-
dex, & ſic poterit eam reuocare. Ita dicit Paul. haberi in deciſ.
Rote deciſ. ccxliij. & in c. dilectus. ij. & ibi per Butr. de prebe.
Tu ad Bart. vide Bal. in conſil. lxiij. lib. iiij. vbi poſt famoſum
Signor. Homo deum conſuluit, quod ſi delegatio fuit facta ad co-
gnoſcendũ an ſententia eſſet executioni mandanda, & iudex pro
nunciauerit executioni mandandam, vel non, quod non poterit ſen-
tentiam ſuam reuocare, licet interlocutoria fuerit eius ſentẽtia,
etiam ſi reſeruaſſet ſibi ius reuocandi: quia hec reſeruatio eſt iuri
contraria vltra fines mandati. l. iudex. j. hoc eod. tit.

c ¶ Remanet. Adde donec dat apoſtolos, ſeu dare vel recipere
recuſat vt extra de appel. c. cordi. lib. vj. vel ſi ſuperior appella
tione recepta ſibi inhibeat ne procedat, & ſe intromittat: vt eod.
tit. c. Romana. lib. vj. & ſic voluit Specul. in titu. de exce. §. viſo.
vet. ſed nunquid iudex. Feder. conſi. ccxxxvij. incip. a ſententia.

† Claud. de Seiſſel. ¶ Iudicem competentem. Idem ſi pronun
ciat fiendum eſſe compromiſſũ vt dicit Alex. conſi. vij. vol. iiij.

d ¶ Quo ad iudicem. Adde Inno. & Pau. in d. c. cum ceſſante.

e ¶ Cum ceſſante. Adde & intellige niſi citatio eſſet emanata in
cauſa appellationis, quia res nõ eſt integra: vt in c. Romana. §. ſi
vero. de appel. lib. vj. & in c. interpoſite. extra de appel. & de offi.
deleg. c. paſtoralis. Imo. in c. cum ceſſante. Spec. in tit. de exce.
§. viſo. verſ. ſed pone.

† Claud. de Seyſſel. ¶ Et ib Bernar. Sed poſſemus iſtud intel-
ligere niſi talis interlocutoria eſſet lata ſine cauſe cognitione
quia illa in rem iudicatam nunquam tranſiret: vt not. Bal. in l.
ex ſtipulatione. C. de ſentẽt. & interloc. om. iudic. ſequitur Phi
lip. de Peruſ. in c. cum ceſſante. de appellat. Item hoc intellige
procedere in vero interlocutoria. Sed ſi eſſet grauamen non ha
bens vim interlocutorie, tunc poſſet ſemper peti reuocari etiã
poſt decem dies. Ita dicit Archid. in c. cõcertationi. in verbo,
appellandi. de appellat. in vi. & Gemin. in ca. Romanã. §. ſi vero
eod. titu. & ibi. Specul. & Ioa. And. in titu. de appellat. §. reſtat.
verſ. ſed quid dices. & Paul. de Eleaзaro in clement. cauſam. de
elect. Quid autem in decreto, an iudex poſſit illud reuocare ex
ſuo officio, vide Areti. in l. is cui bonis. j. de ver. oblig. & Alex. &
Aret. in l. quod men. ſ. de acq. poſſ.

f Andr. Barb. ¶ Et dicit. Tene menti quod dicit do. meus, per
not. per Bar. quod ſecũdum decretum quod eſt interlocutoria
vt eſt glo. ſecundum eum. C. de his qui ad eccl. confu. l. preſenti.
poterit mutari, per hanc legem generaliter loquẽtem, quod eſt
ſingul. not ſecundum eum. Tu vide Bal. contra tenentem in l.
arbitro. ſ. qui ſatiſd. cog. Et an ſit interlocutoria, vel habẽs vim
diffinitiue, vide Bal. ſingulariter loquentem in l. iuſte. in addi.
ſuis. ſ. de acq. poſſe. & tex. valde not. in l. ſi minor. j. de bo. aut iu.
poſ. & Hic de Neap. in rub. ff. de re. co. & quod not. in l. Julianus.
§. eleganter. ſ. de dam. infec.

g ¶ Querit. Dy. Adde, quod cũ deciſione huius queſt. tranſit Ang.
conſi. cc. qui allegat Jo. And. in c. Romana. in ver. interlocuto-
ria. de foro compet. in vj. & que ſit interlocutoria ſententia, vide
Feder. conſi. xcviij. Paul. de Caſt. conſi. xvij. & ibi que ſit inter-
locutoria tacita, per Angel. conſil. cxv. Et an aſſignatio termini
ſit ſententia interlocutoria, vide Fed. conſi. lxxj. Et an interlocu
toria poſſit iuſtificari, vel impugnari ex nouis actis, vide Oldr.
conſil. cxxx. Et an in interlocutoria pars ſit citanda, vide Abb.
conſi. xxiiij. ij. lib. Et que dicatur ſententia interlocutoria, vide
Bal. conſi. ccxciiij. iij. lib. Et an ſententia lata ſuper appellatio-
ne ab interlocutoria ſit diffinitiua, vel interlocutoria, vide Pau
lum de Caſt. conſil. xxvij. Et an ſententia lata in cauſa appella-
tionis facte ab exceſſu expenſarum ſit diffinitiua, vel interlocu-
toria, vide Rom. conſi. cclvij. Et an ſententia lata ſuper taxatio-
ne expenſarum dicatur mera interlocutoria per eundem conſil.
cclvij. que requirũtur in appellatione ab interlocutoria, vide
per eũdem conſil. cccccj. Et an ſententia ab obſeruatione iudicij
ſit diffinitiua, vel interlocutoria vide Ang. conſi. cxc. Et an ſen
tẽtia interlocutoria poſſit reuocari per ſucceſſorem, vide Ang.
conſi. cclxi. incip. punctus eſt. verſ. moneo autem. Et an ſentẽtia
lata ſuper hypotheca ſit iterlocutoria, vel diffinitiua: & quid de
ſententia lata ſuper appellatione dicta ſentẽtia lata ſuper hy-
potheca, ſimiliter an ſit interlocutoria vel diffinitiua, vide Bal.
conſi. ccclxiij. iij. lib. Aduerte tñ, quod in conſi. Ang. ſ. per me alle.
cxv. & precedenti, etiã tenet, quod ſententia qua pronunciatur in-
ſtrumentum exequendum, ſit interlocutoria. Et hoc etiã ſequi-
tur. Alex. conſi. l. ij. li. Sed Ro. conſil. clxiiij. incip. ampliſſime
doc. dt quod Ang. in d. cõſi. & in l. imperium. ſ. de iur. om. iud. male
locutus eſt, per tex. in l. i. in verſ. contentioſa litigantium inſtan
tia. C. de iur. cal. per quẽ dt probari, quod vbi eſt contradictio, ibi
eſt inſtantia. Secundo per tex. in cle. ſepe de ver. ſig. vide d. conſ.
Ro. quia ibi tenet, quod petitio executionis inſtrumẽti hʒ iſtantiam,
an ſententia tacita que prouenit ex ſentẽtia iudicis qui pronũ
tiat inſtrumentuʒ inſinuãdum, ſit interlocutoria vel diffinitiua
vide Bal. cõſ. xiij. incip. an ille, qui petit. vo. ij. Et qñ agrauami
ne facti illati per interlocutoria, de iure ciuili poſſit appellari, &
an ſtante ſtatuto quod poteſtas teneatur committere appellatiões
a ſententijs diffinitiuis & an teneatur cõmittere appellationes,
interpoſitas a grauaminibus illatis per interlocutorias, vide
Pau. de ca. cõſi. xxiij. Et quod a pronunciatiõe exequẽda appellet
voluit Spec. in tit. de appel. §. ij. verſicu. & ſcias. Et an ſentẽtia
ab obſeruatiõe iudicij ſit diffinitiua, vide Pet. de anch. cõ. xvj.

b And. Bar. ¶ Quid in ſententia. Et nota perpetuo, quod ex inter
locutoria non oritur actio in factum vt eſt in gl. ſing. & ſecũdum
Dominicum in c. ſi. de ap. in cle. cõtrariũ tenet gl. in l. fi. §. neceſ
ſitate. C. de bo. que lib. & ibi Bar. vide que notaui ad Bal. in l.
minoribus. C. de admi. tut.

i Roma. ¶ Sed quero qd. Vide Pau. cõſi. xx. vol. ij. & xlj. eo.
vol. & Alex. ccxv. in ij. vol. & Fel. in c. inter monaſterium. ver. li-
mita decimotertio. extra eo. Pau. in d. c. cum olim.

LEX XV.

1 ☞ Hec lex loquitur etiam in alijs magiſtratibus, quam popu
li Romani.
2 Delegatus Principis exequitur ſuam, ſentẽtiam, & poteſt co-
gere ordinariũ vt eam exequatur, & illa poteſtas durat anno.
3 Executione commiſſa, an videatur eſſe commiſſa cognitio.
4 Mandata executione per ſuperiorem nulla precedente cauſe
cognitione, videtur mandata cognitio precum.
Cõmiſſa executione videtur commiſſum preambulum ipſius.
5 Executor ſine dubio habet omnem cognitionem, que requirit
in executione, quando prius eſt cognitum de cauſa, & in defectuʒ
iuriſdictionis, lex committit executionem.
6 Executio ſi cõmittitur in auxilium iuriſdictionis poſt latã ſen-
tentiam videtur cõmiſſa cognitio circa res in quibus fieri debet.
7 Executor ſuper exceptionibus oppoſitis poſt ſententiam, ſi re-
ſpiciunt merita principalis cauſe non cognoſcit.
8 Executor ſuper exceptionibus ſolum reſpicientibus executio-
nem, & que non infringunt ſententiam cognoſcit.
9 Executor ſuper exceptioionibus directo impugnãtibus ſentẽ
tiam, cognoſcit nõ vt pronuntiet, ſed vt ad ſuperiorem referat.
10 Executio cõmiſſa poſt latam ſententiam, & cognitione habita ſu
per exceptione, nõ dicitur cõmiſſa cognitio ſed mera executio.
11 Cognitione ſimpliciter commiſſa videtur cõmiſſa diffinitio, &
facta commiſſio quo ad omnia.
12 Cauſa commiſſa per hec verba in cauſa vertente inter tales ti-
bi cognitionem committimus videtur ſolũ cognitio commiſſa.
13 Cauſa diffinitio ſi eſt commiſſa videtur & executio commiſſa, in
delegato principis & eius ſubdelegato.
14 Delegatus inferioris a Principe etiam ſi ſibi ſit commiſſa cau
ſe diffinitio non poteſt exequi ſuam ſententiam.
15 Appellatum ſi a prima ſententia eſt & per iudicem appellatiõis
eſt confirmata quis ſententiam ipſam mandabit executioni.
16 Appellatum ſi ſit a ſententia interlocutoria, in qua fuit facta
condemnatio expenſarum, quis exequitur.
17 Executio an poſſit demandari ab alio quam a principe, vel eius
delegato.
18 Uniuerſitas cauſarũ is cui eſt cõmiſſa an ſuã ſentẽtiã exequat.
19 Sententia interlocutoria poteſt executioni mandari per dele-
tum.
Sententia illa mãdatur executioni ex qua oritur actio in factũ.
Actio in factum oritur ex ſententia interlocutoria.

A Diuo Pio. Primo dicitur, per quos mã
datur ſentẽtia executiõi vſ-
que ad §. in venditione vbi qualiter ſententia mãda-
tur executioni. Epp. in auth. de exhib. reis. §. ſi ve-
ro. ol. ſoluit, quod ibi nõ apparet an loquat in iudice delegato, an
in ordinario: & ideo de ordinario intelligitur ibi. Sed iſta non
eſt vera, quia certe ibi dicta delegatio exprimitur. Alia ſolu. quod ibi
in delegato a principe, hic a iudice alio. Et an delegatus a prin
cipe poſſit, dicam ſtatim, ſed in contrario datur alia ſolutio quod
ibi exequitur pronunciando, & iſta poteſt eſſe bona vt dicam j.
¶ Epp. de l. j. C. de arbi. Sol. Quidam dicunt arbitrorum, id
eſt executorum ſed idem bis repeteret. Alij, quod intelligitur de
delegato de partium voluntate: vel de arbitro ſine pena aſſum-
pto, vel cum pena ſi eſt dictum, rato manente pacto l. ij. ſ. de ar-
bitr. & dixi in l. ait pretor. in princip. ſ. eo. vbi gl. videtur con-
traria, quia ſi tunc eſt homologatum a partibus poteſt, l. cum an-
1 tea. C. de arbi. in prin. gl. magne. † Et primo quero hic loquitur
in magiſtratibus populi Romani, quid in alijs: Glo. dicit idez,
quod placet, quia licet reſcriptum ſit illis miſſum tamen reſcriptum
dicit generaliter, vt illi exequantur quos dederũt. ¶ Secundo
2 quero, † an delegatus a principe poſſit ſentẽtia executioni man

dare: Et videtur ꝙ ſic: quia habet vim ordinarij.l. a iudice.C.de
iudi. Item citat, vt ordinarius: vt in auth. qui ſemel.C. quomo.
& quan.iud. Idem in auth. de litigio.§. omnem. Pro hoc l. & ſi
nō cognitio.C. ſi cōtra ius vel vtil.pub. Sed contrariū dicit gl.
qꝛ licet iſta ſint ſpecialia in principis delegato non tamen repe
rio in delegato executionem eſſe permiſſam, que eſt miſti Impe
rij.l. iubere cauere.ſ. de iuriſd.om.iud.& l.iij.§.j.ſ. de dā.infe.
& ſic non videtur ſibi permiſſa. Ad l. & ſi non cognitio, reſpondet
gl. quod de iure canonico eſt ſecus: vt in c. paſtoralis. extra de
a ſof.& pot.iud.de leg. Sed quicqd dicat gl. videt textus[a] in l. vlt.
in fi.C. de iudic. vbi delegatus a principe poteſt exequi tanquā
ordinarius: vt in authē. de exhibend.& introduc.reis.§. ſi vero
ſm vnam ſolutionem poſitam hic in gl. Et iſta opinio eſt appro
bata per tex. extra de offic.& pot.iudic.deleg.c. ſignificaſti no-
bis. Et not. illū tex. ꝙ non ſolū poteſt per ſe, ſed etiam poteſt cō
gere ordinarium ad exequendum, & precipere ei ſub penis gra
uioribus. Hoc etiam approbatur eod.ti.c. querenti. tamē Pa
pa ibi limitat quod tale ius exequēdi non durat, niſi vſq; ad an-
3 num, & illud teneatis. ¶ † Venio ad ſolutionem, quā dat glo. ad
d.l. & ſi non cognitio. & dicit, quod quando mādatur executio, vi
detur mandari cognitio, tamen non econuerſo, ſi mandatur co-
gnitio, videtur mandari executio, &c. ¶ Pro huius declaratio
ne quero, an illi cui eſt commiſſa executio, & cognitio videatur
commiſſa: Gl. dicit hic, quod ſic, & tex. eſt in d.l. & ſi nō cognitio.
ſed cōtra in l. ſi vt proponis. & l. executorem.C. de execu.rei.iu.
Et ſi hoc eſſet verum vilis nuntius, cui committitur executio,
b poſſet cognoſcere de veritate precum. Dic ergo [b] pleniſſime,
quando alicui committitur executio, an videatur commiſſa co-
gnitio: gl. dicit quod ſic.l. & ſi non cognitio. Doct. noſtri nō de-
4 clarauerunt. Dic ergo, † quandoque mandatur executio nulla
precedente cauſe cognitione, vt qꝛ ſcribit Imperator, Conque
ſtus eſt nobis talis, quod eſt tali confeſſione indebite ſpoliatus,
quare ſi ita eſt, committimus tibi, quod eum in dicta poſſeſſiōe
reſtitui facias, &c. tunc videtur commiſſum, vt cognoſcat de ve-
ritate precum. d.l. & ſi non cognitio. Ratio eſt, quia litere habēt
hanc tacitam conditionem, etiam ſi nō exprimatur, ſi preces ve
ritate nitantur, vt cum committitur executio, videtur commiſ-
ſum preambulum ipſius, ſcilicet cognitio: vt l.ij. de iuriſd.om.
5 iud.& l. ad rem.& l. ad legatū.ſ. de procur. Quandoq; † eſt prius
cognitum de cauſa vnde lex cōmittit alicui executionem in de-
fectum iuriſdictionis, vt hic, vbi committit executionem dele-
gati, vel arbitri, tunc ſine dubio habet omnem cognitionem que
requiritur in executione, vt hic, in princip. & per totam legem.
6 Quandoq; † committitur executio in auxilium iuriſdictionis,
poſt latam ſententiam, vt vnus iudex committat alteri, vt ſuam
ſententiam exequatur, vt j. proxi.§. Vel pone, ꝙ permittit lex.
vt in multis ciuitatibus ſint quidam iudices, quibus ſola ſentē
tiarum executio eſt commiſſa per formam ſtatutorū, & hic eſt ad
uertendū: Nam quedam eſt cognitio circa res, in quibus debet
fieri executio, & hoc caſu executor poteſt cognoſcere, vt j. ea.l.§.
7 in venditione. & §. ſi ſuper rebus. & §. ſeq. † Quedam eſt cognitio
ſuper exceptionibus, que opponuntur poſt ſententiam. & hic eſt
aduertendum: qꝛ quedam ſunt exceptiones que reſpiciunt me-
rita principalis cauſe, vt in his in quibus loquitur tex.l.j.C. de
iur.& fa.igno.& de iſtis nō poterit cognoſcere talis executor iu
dex, ſed debet remittere ad priorem iudicem.l.pen.j.ti.j. Que
8 dam † ſunt exceptiones, que ſolum reſpiciunt executionem, nec
infringunt ſententiā, vt exceptio ne quis exigatur vltra quam
facere poſſit & ſimiles, & de iſtis cognoſcet executor.d.l.pe.j.ti.
j. & etiā pronunciabit vt ibi patet, que lex eſt no. ad iſta, vt ibi dicā.
9 Quedam † ſunt exceptiones que directo veniūt contra ſenten-
c tiam, & eam impugnant, vt exceptio nullitatis[c], vel pretextu fal-
ſorum inſtrumentorū, & ſimul. tunc Ber. & videtur dicere extra
de offi.deleg.c. paſtoralis. ꝙ talis executor poteſt de his cogno
ſcere. Veritas eſt, ꝙ talis iudex executor poteſt de his exceptio
nibus cognoſcere non vt pronūciet ſententiā exequendam non
eſſe ratione nullitatis: ſed ſi viderit dictas exceptiones fore ve
ras, ſuperſedeat ab executione & cognitione, & non pronūciet ſu-
per his remittat ad iudicem primū ordinarium, vt eſt tex.ſ. de
iudi.l. ſi pretor. in prin. & §. Marcellus. qui probat hoc expreſ-
ſe, ſi recte intelligitur. Nam in fin. remittit ad pretorē, q habet
hoc facere. Et procatur ratione, qꝛ alias ſequeretur ꝙ iudex mi
nor, vel par. poſſet infringere ſententiā maioris, vel paris, con-
tra l. nam magiſtratus.ſ. de arbi. & hoc etiam videtur text. ex-
10 tra eo.c. de cetero. & ibi hoc videt tenere Inno. † Quādoq; poſt
ſententiam latam, & poſt habitam cauſe cognitionem ſuper exce
ptione, committit iudex nudam exceptionem facti, vt in cōmiſ-
ſione, que fit nūcio, & iſte vocatur merus executor, & nullā habet
cognitionem.l. executorem. & l. ſi vt proponis.C. de execu.rei.iu.
Ratio, qꝛ omnis cognitio preceſſit, & ideo mera executio vide-
tur cōmiſſa, & hoc modo cognoſcitur miſtus, a mero executore.
¶ Quero quid econtra, an illi, cui mādatur cognitio, videatur,
11 mandari executio: Gl. ꝙ non, vt in ea habetis. Tu vero latius
examina. Quandoq; alicui cōmittitur cognitio nulla facta men
tione de diffinitione, tunc tenet gl. ꝙ non poteſt diffinire, vel ſen
tentiare, vt no.ſ. de procu.l. qui procuratorem dat in gl. in ver.
peragere. ergo non eſt querendū de executione. Spec. tenet con
tra, ꝙ diffinitio videatur mādata: vt in Spe. de iud.deleg.§. ſe-
quitur. verſ. & no. ꝙ ſimpliciter, &c. niſi ſpecialiter delegans, ſibi
reſeruet ſentētiam: vel dicat, ſe cōmittere cognitionem tantum,
vt ibi patet ſm eum. Et mihi videtur, ꝙ verba delegantis debea
mus inſpicere. nam ſi dicit, Tibi talem cauſam committimus,
nec aliquid de executione, vel cognitione exprimitur, tūc videt
tota cauſa cōmitti quo ad omnia, ſicut cum aliquis dicit ſe here
dem, nec additur in quantū, intelligitur in totū.l. ſi defenſor.§.j.
de inter.act. & tunc verū dicit Spec. ſic poteſt intelligi C. qui p
ſua iur.l.j. & de ped.iud.l.iij. que bene facit, & C. ſi cō.ius vel vti.
publ.l.j. vbi videtur caſus contra gl. tū debet intelligi, ꝙ cauſa
12 fuit ſimpliciter cōmiſſa. & ita no. ibi in j. gloſ. † Quandoq; cauſa
committitur per hec verba, In cauſa vertēte inter tales tibi co-
gnitionem committimus, tunc fateor ꝙ non videtur commiſſa
diffinitio; nam committendo vnū aliud videtur prohibere.l. cū
pretor. de iudi. ſic loquitur gl. d.l. qui procuratorē dat, & pbat
13 in d. vbi.C. de fal. † Quero, qū videtur cōmiſſa diffinitio, vel ſi
ponas expreſſe dictum, committimus tibi, vt cauſam audias & de
cidas, an tunc videatur mādata executio: Et in delegato prin-
cipis non eſt dubium ꝙ ſic, vt ſ. dictum eſt. Idem puto in ſubde
14 legato a delegato principis: vt C. qui pro ſua iur.l.j. in fi. † ſ; in
d. delegato ab alio. gl. hic[d] dicit, ꝙ non poteſt exequi. Sed Inno.
extra de of.ord.c. cum ab eccleſiarum. in vlt. gl. videtur dicere,
ꝙ omnis delegatus etiā a quocunq; poteſt exequi iuriſdictionē
quam habet, ſcilicet pronunciando, exequendo, excommunican
do, mulctam indicendo, & ſimil. ſed mittere in poſſeſſionē rei ipſa
non poſſet.l. properandum.§. ſin autem reus.C. de iudi. vbi di-
cit eſſe caſum. & Spec. in tit. de execu.ſen.§. nunc dicendū eſt a q
e bus. circa prin. nil firmat. Mihi videtur[e] ꝙ alius delegat9 ꝗ̃
f a principe, vel eius delegatus nullo modo[f] poteſt ſententiā exe-
cutioni mādare. Nā ſtatim lata ſententia fructus eſt officio ſuo.
l. ſi vt proponis.C. quo. & quan.iud. ſi enim perdurat eius offi-
ciū in aliq, poſſet iterū ſententiare, qđ tū eſt falſum. Pro hoc vi
detur gl. in l. qui reſtituere. in fi.ſ. de rei vend. Predicta vera
in executione ſententie diffinitiue. De interlocutorijs j. dicet.
Itē pdicta vera, niſi executio ſpecialiter ſit cōmiſſa, qđ an poſſit
15 fieri, ſtatim dicam. ¶ † Quero, & reuoco g in dubium, qđ ſi a ſen
g tentia prima eſt appellatū, & per iudicem appellationis eſt con-
h firmata, quis mādabit executioni: Spec.[h] ponit iſtam queſt. in
tit. de execu.ſent.§. nunc dicendum. verſ. ſed pone ꝙ iudex. & ni
hil determinat. Sed Hy. dicit ꝙ iudex appellationis vt in aut.
ſi quis litigantium.C. de epiſ.aud. & Cyn. in l. eos.C. de appel-
lat. Gul. de Cug. in l. tale pactum.§. qui prouocauit.ſ. de pact.
dicit, Quādoq; iudex appellationis confirmat primā ſententiā,
& tunc ipſe debet exequi, vt in d. auth. ſi quis litigantium. & l. pre-
cimus. in verſ. officijs videlicet.C. de appel. & l. cum ſpecialis.
in fin.C. de iudic. Quandoq; iudex appellationis non cōfirmat
ſententiam primam ſed ex curſu temporis dierū fatalium con
firmatur & pronunciat appellationem deſertam & tūc iudex pri
mus exequitur l. vlt.C. de temp.app. Quādoq; pars ſua ſpon-
i te recedit ab appellatione & tunc idem quod iudex appellatio-
nis exequitur.l. tale.§. qui prouocauit.ſ. de pac. Iac. But. di-
cit in iſto mēbro vltimo, non video que ſit ratio differētie quan-
do per conſenſum receditur vel per lapſum tēporis confirmat.
& ideo iudex primus exequitur.l. fi.C. de temp.app. Ad l. tale.
§. qui prouocauit. reſpondeo & ibi primus iudex erat delegatus,
& fuit appellatum ad delegantem ad quem executio etiam ap-
pellatione nō interpoſita pertinet vt hic. Sed hoc diuinare eſt.
Vnde puto ꝙ iudex primus hoc caſu poſſit exequi cum ei9 ſen
tentia ſit illa que mandat executioni & ex quo oritur Actio. Pu
to etiam quod iudex appellationis poſſit exequi: vt d.§. q pro-
uocauit. Ratio quia in caſu illius §. liquet iudici appellationis
ex forma tranſactionis quod ſententia meretur executionem,
quoniam ad hoc pars ſe obligauit. Sed quādo per curſum tem
poris appellatio deſeritur hoc iudici non liquet quia forte ex
alia cauſa executionem nō meretur vt quia nulla vel aliqua ſed
elidetur exceptione. Vnde ſi poneremus quod pars ſua ſponte
ab appellatione recederet nec diceret ſe ſatiſfacturum iudica-
tis verum diceret Iac. Butr. Idem ſi alio modo appellatio eſt
k deſerat k vt quia non ſunt petiti apoſtoli & ſimilia poteſt tamen
iudex appellationis ſi vult iudex requirere iudicem primū vt
exequatur quia forte primus iudex eſt magis potens in militi-
16 bus & familia: vt C. de epiſcop.aud.l. epiſcopale. ¶ Sz † quid ſi
appel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

appellatur ab interlocutoria, in qua fuit facta condemnatio ex-
pēſarum: Dic vt not. in Spec. de execu. ſent. §. ij. verſ. quid igi-
17 tur. ¶ Quero, an executio poſſit demādari expreſſe ab alio ꝙ̄
a principe, vel eius delegato: Reſpon. cognitio ⁊ pronunciatio
de exequendo expeditur ſummarie: vt j. ea. l. §. ſi ſuper reb⁹. Et
ſic poteſt delegari. l. cognitio. §. vt poſſeſſio bonorum. ſ. de offi.
enim cui mād. eſt iuri. Sed miſſio de facto nō poteſt delegari. l.
iubere cauere. ſ. de iur. om. iud. ⁊ plene dixi ſ. de dā. infe. l. iiij.
18 §. duas. ¶ Quero, quid de eo cui commiſſa eſt vniuerſitas cau-
ſarum: dic vt in gl. ¶ Quero extra glo. quid de ſententia inter-
19 locutoria, q2 lex noſtra loquitur de diffinitiua: Iſta queſtio ha-
bet duas queſtiones in ſe. Prima, vtrum poſſit ſententia inter-
locutoria mandari executioni: ſecūda an per iudicem delegate
Circa primum dic ꝙ ſententia ille mandatur executioni. ex qua
actio in factum oritur. l. cū antea. C. de arbi. ⁊ dixi ſ. eo. l. intra.
Sed modo quero, an ex interlocutoria naſcatur actio in factū.
Spec. tenet ꝙ ſic, in tit. de execu. ſent. §. breuiter verſ. ſed cū ex
ſententia. Sed ego conſueui allegare l. ſi poſtulauerit §. ſi liber
homo. cum gl. j. de adu. vbi etiam ex interlocutoria oritur actio
in factū. Pro hoc l. ſi quis miſſus. §. pe. j. ne vis fiat ei q in poſſ.
⁊ l. ſi quis ex argētarijs. §. ex hoc edicto. cum. gl. ſua ſ. de eo. ⁊ l.
cum non ſolum. §. neceſſitate. C. de bo. que lib. cū glo. ſua. Pro
hoc facit l. j. ſ. ſi quis ius dic. non obten. circa fi. ⁊ ibi not. Circa
ſecundum, vtrum iudex delegatus poſſit mandare executioni
ſententiam interlocutoriam: Iſto caſu putarem verum dictum
Innoc. quia quedam eſt executio que fit precipiendo. excommu
nicando, ⁊ mulctando, ⁊ iſta poteſt fieri. Et etiam quedam execu
tio per delegationem iuriſdictionis, ⁊ iſta nō poteſt fieri per de-
legatum. l. iiij. ij. j. ſ. de dam. infe

ADDITIONES.

a Videtur tex. Adde tex. ſm Abb. in c. ſignificaſti. extra de offi.
deleg. ibi, autoritate ſibi conceſſa. Alex. tamen in rub. ſ. de offi.
eius cui mand. eſt iuriſd. refert Pet. Lyn. ⁊ Ful. in l. iubere ca
uere tenere gloſ. ⁊ idem ipſe tenet. De textu tamen d. c. nō facit
mentionem. ⁊ vide Specul. in tit. de execut. ſenten. §. nūc dicen
dum. verſic. hoc autem certum.
b A. B. ¶ Dic ergo. Et pro dicto Bar. eſt gl. ord. in c. paſtora-
lis. §. quia vero. de offi. dele. Quid autem ſi Papa ſcribit, ꝙ pro
uideat Petro ſi talis eccleſia vacat, tunc d3 cognoſcere an va-
cet ſm Inno in c. decreto. eo. ti. ⁊ ibi dicit, ꝙ ſi volet obijcere in
perſonam executoris, vel illius cui prouidit, excipiēs nō eſt au
diendus. Allegat not. in c. propoſuit. de conceſ. preb. quod non
placet Hoſt. hoc vltimum alleg. c. ad aures. c. proponēte. c. cum
adeo. c. poſtulati. de reſcri. q2 ſemper admittitur. ⁊c. cōtra bene
ficiatum, ⁊ contra reſcriptum. Inn. in d. c. paſtoralis. §. q2 vero
intelligit dictum ſuum ibi Papa ſcribit certo iudici. pro certa
perſona, ⁊ de certa prebēda preciſe, ⁊ de certa ſciētia, exprimēs
ꝙ non vult aliquam exceptionem opponi, ⁊ ſic ſaluatur dictum
ſuum ſm Hoſt. quod no. q2 pulchrum ⁊ vide Moderniores i c.
de, cetero. de re iud. ⁊ idem ſi fit commiſſio de predicādo, vel ab
ſoluendo, tunc eni non datur iuriſdictio. c. fi. §. fi. de offi. de leg.
licet ibi glo. ⁊ in c. ex literis. eo. tit. dicat, ꝙ tranſit coertio, ſed
Hoſt. ⁊ Jo. And. tenēt contra. ¶ Jo. Fr. Au. Adde circa iſtam
queſt. quod cū Bar. tenent omnes, vt hic per Alex. ⁊ Iaſ. exce-
pto eod. qui dicit ꝙ executor datus in ſubſidium iuris, non co-
gnoſcit de exceptionibus, que reſpiciunt merita cauſe.
c Nullitatis. Adde Bal. conſil. conſil. cclxx. ij. lib.
¶ Claud. de Seiſſ. ¶ Ut ibi patet. Idem glo. in c. ij. in ve. agno
ſcunt. de appel. in vi.
d Poma. ¶ Bl. hic. Adeo autem hoc eſt verum, ꝙ delegatus ab
inferiore a principe nō poteſt exequi ſuam ſententiam, vt etiā ad
hoc non poſſit de cōſenſu partium. Ita Ro. ⁊ do. Ja. Ray. in l.
iubere cauere. ſ. de iur. om. iud. niſi ei a partib⁹ ſm eūdem res
eſſet tradita, ſuper qua litigabatur vt vincenti daret, per tex. in
l. litigatores. §. j. verſi. quid ergo ſi res. de arbitr. Vide etiā ad
hoc Fely. in c. ſi quis contra, in fin. de foro cōpet. ⁊ plene in cap.
ſignificaſti. de offic. deleg.
e Mihi videtur. Adde ꝙ Inn. in c. ad hec de offi. deleg. tenet ꝙ
commiſſa audientia, vel cognitione cauſe, cenſetur commiſſa de
ciſio, per l. de qua re. de iud. Jo. And. vero in addit. Specu. in
loco prealleg. diſtinguit, aut per legem committitur cognitio
alicui ordinario, ⁊ intelligitur commiſſa deciſio aut per homi-
nem, ⁊ tunc ſecus. tamen Pau. de Ca. tranſit cum Inno. cui ad
de Bal. cōſi. ccxcvj. incip. caſus, ſcribit. lib. j. vbi etiam vide. qd
ſi ſit cōmiſſa executio, nūquid ⁊ coercitio, ⁊ de quibus exceptio-
nibus poſſit cognoſcere executor, ⁊ ibi vide omnino. ⁊ conſilio
cccxiiij. eod. lib. vbi dicit, ꝙ per hec verba, ſubmitto me coerci-
tioni veſtre, videtur commiſſa cauſe deciſio. adde tu, ⁊ vide ad
materiam. Aret. in cap. ſi quis contra clericum de foro compe.
⁊ ibi Mari. in gl. pen.

f And. Bar. ¶ Nullo mō. Et vide pleniſſime d. Abb. poſt Ant.
in c. ſi quis contra clericum. de foro comp. ⁊ d. Ant. in cle. audi
tor. de reſcr. Bar. in l. ij. de iuriſd. om iud. vide ibi Ang. ⁊ alios
g P. Pau. P. ¶ Quero ⁊ reuoco. Vide late Bar. in c. paſtora
lis. §. preterea. de offic. deleg.
h ¶ Spec. Adde ꝙ Jo. And. ibi dicit. ꝙ opi. prima Laur. rela
ta p Spec. placet Hoſt. ⁊ illā ipſe ſequit, ꝙ primus debet exeq.
limitādo tamē, quādo ſine vlla correctione confirmata eſt. Nā
ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, q exeq poſſit, exequi debet,
quia certum eſt ꝙ lata ſententia, illi primo competebat execu-
tio, ſi non fuiſſet appellatum, caſſata igitur appellatione, ſum-
ma equitas exigit, ꝙ executio impedita per illam, reuertatur
ad ipſum, ⁊ hoc dicit Jo. An. fortius pcedere in criminalibus.
i And. Bar. ¶ Quandoq3. Adde circa intellectum. d. §. qui pro
uocabit. ſecundum Ang. quod litera ibi ſecundum eum, non di
cit ꝙ iudex ſequitur primā ſententiam, ſed conuentionem. Un-
de dicit ꝙ redibitur ad inſtantiam appellationis, ⁊ iudex pri-
mam ſententiam nullo alio de cauſa diſcuſſo, propter virtutem
conuentionis, ⁊ illam ſententiam confirmatoriam exequetur.
Iſte intellectus eſt notabilis in ſe, ex quo habes ꝙ illa tranſa-
ctio, nō finit ſimpliciter inſtantiam, ſed ita demum, ſi ſortiretur
effectum. Intellectus tamen Bar. eſt magis ſing. ⁊ not.
k Claud. de Seyſſel. ¶ Appellatio eſt deſerta. Vide Panor. in
c. paſtoralis. §. preterea. de offic. deleg.
1 ☞ Sententia lata ab vno iudice quādo poſſit per aliū exequi.
2 Sententia lata ab vno iudice, poteſt coram alio agi actione in fa
ctū deſcēdēte ex ſententia: nō tñ officio iudicis, licet ſit nobile.
Officium iudicis qd̄ competit pro executione ſententie, compe
tit ex equitate vt ſit litium finis.
3 Iudices ſi ſunt duo in ciuitate habentes equalem iuriſdictio-
nem, ſententia lata ab vno in pecuniarijs, non poteſt per alium
exequi, ſecus eſt in ſententia banni lata in contumacem.
4 Sententia lata a iudice non habente clientes, ⁊ beruarios, po-
teſt per ipſum exequi, vel implorare auxilium alterius.
Iudex omnis poteſt brachium alterius iudicis pro executione
facienda implorare.
5 Iudex qui non vult ſcribere alteri iudicio pro executione faciē
da, vel auxilium preſtare poteſt per ſuperiorem cogi, ⁊ tenetur
parti ad intereſſe.
6 Iudex ad quem pro executione ſcribitur in exequēdo ſi exce-
dit modū ad eius ſuperiorem appellabitur: ſi vero preſtat fami
liam primo iudici ad ſuperiorem primi appellatur.
7 Sententiam arbitri quilibet iudex cui condemnatus ſubeſt exe
quitur nec requiritur requiſitio arbitri, vel alterius iudicis.
8 Inſtrumenta guarentigiata ſi ex forma ſtatuti habēt executio
nem, poſſunt per quemcunque iudicem executioni mandari.

a **§. Sententiam[a] Rome.** Pōt vn⁹ iudex alteri⁹ iuriſdi-
ctiōis iudicē reqrere vt eius ſententiam exequat. h. d. Op. ⁊ vr̄
ꝙ nō executio, ſed cognitio remittat ad locū: vt in aut. vt nul. iu
di. §. ſi vero qs cōprehenſorum. poſita C. de adult. aut. ſi vero.
Sol. ibi loquitur in delictis. ¶ Quero, quid in paribus iudici-
1 bus: ⁊ idem ſm gl. ⁊ bene. Quero habeo te cōdēnatū[b] in ciuita
b te iſta, vado Florentiam ad iudicē terre tue, an poſſit ſententiā
hic latam executioni mandare: Et videtur ꝙ ſic ſm gl. hic. S3
iſtud eſt verum ad literas iudicis proferentis ſentētiā. Et ratio
eſt, q2 ſine literis nō poteſt: vt C. de iud. l. pperādū. §. ſi ſinautē
reus. ⁊ eſt expreſſum extra, de fo. cōp. c. Romana. §. cōtrahētes
lib. vj. ⁊ Spe. de exec. ſent. §. nūc dicēdū. ver. ſ3 pone iudex Pe
ruſinus, ⁊ allegat pro, ⁊ cōtra, ita bene prout in aliqua alia q̄ſtio
ne, quā ipſe tāgit in illo lib. ⁊ Cy. formae in l. j. in x. q. C. d cōfeſſ.
Tu diſtingue, quandoq3 ſententia lata per vnum iudicem petit
executioni mandari per aliū iudicē, ⁊ eiuſdē tribunalis, q2 ſuc-
ceſſit alius iudex vel primus eſt remotus, ⁊ tūc pōt, quia videt
idem iudex, l. proponebatur. ſ. de iudi. Si vero non ſucceſſit ei
ſed ſunt duo iudices eiuſdē tribunalis, tūc alius non pōt intro-
mittere ſine voluntate primi iudicis, l. j. ſ. de offic. cōſul. Aut pe
titur per iudicem alterius tribunalis, ⁊ tunc ſi quidem eſt talis
iudex, ad quē executio ptineat de iure cōmuni, vel municipali ⁊
pōt exeq: vt hac lege, in prin. Aut eſt iudex ali⁹ ⁊ tunc aut petit
executionem ad literas, ⁊ preces primi iudicis ſententiantis, ⁊
pōt. Aut ſine literis, ⁊ tūc nō poteſt, l. j. ſ. de offic. cōſu. ⁊ d. l. p-
perādū. §. ſinautem reus. C. de iudi. ⁊ d. c. Romana. §. cōtrahē
tes. Et hoc vult dicere hic tex. dū dicit, ſi hoc viſum fuerit, ſcili
cet iudici ſentētianti. Et hoc eſt quod tenet Cy. in l. j. in x. q. C. d
confeſſ. Si vero actione in factā, vel iudicati vellet agere. pōt: q2
actionē quam habet, vbiq3 poteſt exercere, l. fi. C. de preſcrip. lō
2 gi temp. Ex hoc apparet veritas eius quod dixi ſ. eo. l. intra.
ꝙ ex ſententia oritur actio in factū, vel iudicati, ⁊ etiam officiū iu
dicis. S3 opponas, iſtud officiū iudicis. quo fit executio, eſt no-

bile: quod patet, qꝛ merce narium finitur lata ſententia: vt j. eo. l. iudex. Quare ergo ita nõ intentat coꝛam alio, ſicut actio, cuꝫ loco actionis habeatur, vt ſ. de mino. l. in cauſe. in pꝛin. ⁊ extra de offi. iud. c. fi. Rñd. iſtud officium licet ſit nobile, tamẽ venit in
c conſequentiã[c] pꝛime condemnationis, ⁊ ideo debet ab eodem iudice expediri. l. nulli. C. de iudi. Vel melius, iſtud officiũ competit ex equitate, vt ſit finis litiũ. l. terminato. de fruc. ⁊ lit. exp. que equitas ceſſat in alio iudice, qui nõ iudicauit, ⁊ in hac actone ſolum habebit neceſſe ꝓbare, ſcilicet iudicatũ eſſe. l. nam poſtea: §. j. de iureiu. ⁊ de iud. l. ſi pꝛetoꝛ. in pꝛin. ¶ Quero, in vna
3 ciuitate † ſunt duo magiſtratus habẽtes equalem iuriſdictionẽ, vt poteſtas, ⁊ capitaneus in hac ciuitate, an vnus poſſit exequi ſententiam alterius: Reſpon. nõ per ea que dicta ſunt. d. l. j. de offi. conſu. quod eſt verum in ſententijs peculiarijs. Sed quãdo eſt aliquis contumax exbannitus in perſonam: quicunqꝫ eũ pꝛimo caperet, ille poſſet facere executionem. Nam in hoſtes ⁊ exbannitos alterius ciuitatis nobis confederate, animaduertimus, multo magis in iſtos: vt j. de capt. l. nõ dubito. ⁊ hoc facit fauoꝛ publice vindicte. arg. C. quan. lic. ſe ſine iud. vin. l. j. ⁊ ij. ⁊ l. licitatio. §. qd̃ illicite. ſ. de publican. Poteſt tamen vnus ſem
4 per inuocare auxilium alterius: vt j. dicam. ¶ † Quero pone ꝙ rectoꝛ ſcholarium, vel rectoꝛ, vel alius iudex, qui nõ habet beruarios ⁊ milites, refert ſententiam, quis eam mãdabit executioni: Reſpon. ipſemet delegando iuriſdictionem pꝛiuãdo ab vniuerſitate ⁊ ſimilib. vel facit eam exequi per poteſtatem vel aliũ habentem poteſtatem: vt C. de epiſ. aud. l. epiſcopale. ⁊ ibi not.
d in gl. in Spec.[d] de excu. ſen. §. nunc dicendũ. verſ. quid de ſentẽtia doc. Et indiſtincte dico, ꝙ omnis iudex poteſt imploꝛare auxilium alterius, vt iudex ſecularis bꝛachiũ ſpirituale ⁊ econtrario. d. l. epiſcopale. ⁊ extra de offi. oꝛd. c. j. ⁊ ibi per Inno. ¶ Sꝫ
3 quero, quid ſi iudex, † qui tulit ſententiam nõ vult ſcribere alte-
e ri[e], vt alterius auxilium imploꝛet: Vel pone, ꝙ iudex cui ſcribit, vel cuius auxilium imploꝛatur, non vult exequi, vel auxiliũ pꝛebere: Rñd. poterit per ſuperioꝛem vel epiſcopum cogi, ⁊ puniri de hoc: arg. in auth. vt diff. iudi. §. j. Tenebitur etiaꝫ parti actione in factum ad intereſſe. l. ſi iudex. de var. ⁊ extraoꝛ. cog.
6 ⁊ quod ibi dicetur. ¶ † Quero, quid ſi[f] in exequẽdo mod⁹ exce-
f ditur, ⁊ ita poteſt appellari, vtrum appellabitur ad ſuperioꝛeꝫ pꝛimi iudicis iudicantis, an vero ad ſuperioꝛẽ iudicis exequentis, ſeu auxiliũ dantis: Rñdeo, ſi iudex alius exequit̃ ad literas alterius ad ſuperioꝛẽ ipſius exequentis appellabitur. Nã ipſe exequitur vigoꝛe ſui officij, non vt delegatus ab alio: qꝛ hoc nõ poteſt delegari, vt dictũ eſt. Si vero ipſe non exequitur, ſed exequenti pꝛeſtat auxilium, tũc ſi quidem pꝛeſtat auxilium iuris, vt puta excõmunicãdo, vel interdicendo vel iuriſdictionem denegando, tunc ab ipſo appellatur, quoniam ipſe actus eſt, qui me ledit. Si vero pꝛeſtet auxiliũ facti, puta cõcedendo pꝛimo iudici familiam, milites, ⁊ ſimilia, tunc a pꝛimo iudice appellat̃, qꝛ
7 ipſe eſt q ledit miniſterio alterius. ¶ † Quero, ſi arbiter tulit ſẽtentiam in ciuitate iſta, an poſſit alibi executioni mãdari ex mero officio iudicis: Rñdeo ſic, nec queritur arbitri vel alterius iudicis requiſitio ſed quicunqꝫ iudex cui ſubeſt condẽnatus, poterit dictam executionem facere. l. cum antea. §. j. C. de arb. Et eſt ratio, qꝛ hoc dictat equitas. Cum enim arbitri non poſſint exequi per ſe, nullam ſibi facit iniuriam alius exequendo, nec expectatur eius requiſitio, ſecus in iudice, vt dictũ eſt. Et ꝑ hoc di
8 cerem † idem in inſtrumentis, in quibus continetur pꝛeceptuꝫ
g guarentigie, ſm̃ conſuetudinem Tuſcie, vt poſſit vbiqꝫ[g] executioni mãdari, nullius expectare requiſitione. Nam notarijs cõceditur a ſtatutis iuriſdictio, pꝛecipiendo partibus, vt obſerueni contenta in inſtrumentis, quod pꝛeceptuꝫ ex foꝛma pꝛedictoꝛum ſtatutoꝛum mandatur executioni, ſicut ſententia diffinitiua, exequẽdi vero nullam habent authoꝛtiatem, ſicut arbitri.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Sententiam. Vide Ang. conſi. cexij. vbi dicit, ꝙ ſentẽtiam latã ab oꝛdinario, penes quẽ non reperitur poteſtas exequendi, poteſt alius qui habet poteſtatem, executioni mãdare.
b P. Pau. P. ¶ Habeo te condemnatũ. Vide Fol. in c. poſtulaſti. de foꝛo compet.
c ¶ Conſequentiam. Adde Pet. de Anch. conſil. xcj.
d ¶ Spec. Adde Jo. And. ibi in addit.
e ¶ Alteri. Adde vt per Bal. conſi. ccxcvj. j. li. Pe. de Anc. cõſi. cclx. Pau. de ca. cõſi. cccxxxv. ⁊ eundẽ conſi. xlj. ⁊ Ro. bonſi. lj.
f Jo. Fr. Ru. ¶ Quero quid ſi. Adde ꝙ Abb. i c. ꝙ ad conſultationem. quem refert ⁊ ſequitur Ale. hic ſequit̃ doctrinam Bar. niſi ĩ eo ꝙ dicit, ſi iudex pꝛoſtat auxiliũ iuris, quod ab eo appellatur, qꝛ vult ꝙ iſto caſu appellet̃ etiã ad ſuperioꝛem pꝛimi iudicis: qꝛ etiam ipſe grauat iniuſte imploꝛando auxiliũ iuris.
